UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

tatione, cui tàm apud ſtrenuos principes, & uiros in hac arte peritos, q̃ apud alios peritiſſimos non eſt reſpondendũ, ueluti aliàs conſuluit Maria. Soz. iunior in conſi. 123. col. 7. lib. 2. ¶ Infertur etiam ex prædi-
26 ctis, † ꝙ mẽtitio ſecunda Comitis Ludouici, quæ vr̃
eſſe duplex in mentiendo Illuſtriſſimum dominũ Sforciam Palauicinũ primo in caſu, quo ipſe Illuſtr. Palauicinus aliquid uoluerit inferre, quod honorẽ ſuũ grauet, ſecundo ſi conſtet Illuſtriſſimũ dominũ Palauicinum dixiſſe, mentionem, & rogitum ipſius Comitis Ludouici fuiſſe generalem, & indeterminatum, in utroq; capite eſt talis, cui rñderi non debuit, nam in primo capite fuit generalis, & indeterminata, quamuis illã ad dictũ Palauicinũ direxerit, nam in illa verba *in ogni modo*, & illa, *uoluto inferire, ò detta coſa alcuna, che prema l'honor mio*, ſunt generalia, & indeterminata, argumento. d. c. 2. de off. ordi. & c. fi. de reſcr. & iõ ſequitur, quod rõne huius generalitatis tàm primæ, q̃ ſecundæ mentioni non
27 fuit rñdendũ: itẽ † in ſecundo capite dicta mentitio
fuit ẽt falſa, & non uera, perindè ac ſi Comes Ludouicus affirmaſſet illud, quod in ſe verè nigrũ eſſet, albũ fore, & ſi quis ꝯ̃triũ uellet dicere, ꝙ mentiantur, nã profectò mentitio talis dr̃ falſa, & calũnioſa, & talis, quæ non debuit à Com. Ludouico proferri, nec dari, qm̃ ex non uero non põt ſequi niſi falſum, cum falſum ſit ꝯ̃trium ueritatis. l. is qui ducenta, §. utrũ, ff. de rebus dubijs, & nihil aliud ſit falſitas, quã immutatio ueritatis, ut in auth. de fide inſtru in princ colla. 6. & negare veritatem eſt quodam modo negare Chriſtum, qui eſt ueritas. c. qui contẽpta. 8. diſt. & not. per Bar. in l. quid ſit falſum, ff. ad l. Corne. de falſis, & in l. nec exemplũ, C. eod. Sed ſi quis affirmaret id, quod euidenter eſt in ſe generale, & indeterminatũ, eſſe ſpecialiter, & nominatim dictũ, cõſtat manifeſtè, & euidẽter illum dicere falſum, & calũniari argumento. l. 1. §. 1. ff. ad turpilia. & gl. in l. athletas, §. calumniator, ff. de ijs, qui not. infam. Igitur in caſu noſtro huic ſecundo capiti dictæ ſecundæ mentitionis ut calumnioſo, & contrario ueritatis à prædictis Illuſtriſſimis Comitibus reſponderi non debuit, cũ
28 † id, quod eſt generaliter, & indeterminatè dictum,
non poſſit dici nominatim, nec ſpecialiter expreſſum d. c. 2. de offi. ord. d. c. fi. de reſcrip. & Alex. in cõſi. 134. col. 2. uol. 4. &, ut iam dixi, illud, quod in narratiua rogitus, ſeu libelli ipſius Comitis Ludouici dictũ eſt reſpectu imputationis, & perſonarum, non põt dici in concluſione mentitionis repertum, qm̃
29 † qñ clauſula ſpecialis, & clauſula generalis ſunt in
eadẽ diſpoſitione ſucceſſiuè poſitæ, tũc clauſula ſpecialis nunquã ſub generali vr̃ comprehenſa, nec repetita, Bar. per illũ textum in d. l. ſanctio legum circa 1. col. ff. de pœnis, & maximè qñ ſumus in materia odioſa, & grauamen inferente, ut ibi, & per eundem Bar. in l. doli clauſula, ff. de uerb. oblig. q ẽt inquit, ꝙ qñ oĩa ſpecialia, quæ ſub generali clauſula contineri poſſunt, fuerunt expreſſa, & ſpecificata, tunc clauſula generalis refertur ad ſpecificata, ſed qñ unum ſpeciale tantum fuit ſpecificatum, deinde fuit appoſita clauſula, ſeu oratio generalis, tunc ſub illa generalitate non dr̃ ſpecialiter expreſſum contineri: at in caſu occurrẽti Comes Ludouicus in ſuo rogitu propoſuit unã tantũ ſpeciẽ aſſertę imputationis, deinde ad generalẽ deuenit, in qua generalẽ dedit mẽtitionẽ, ergo in illa nõ põt ſpecialis narratiua aliquo modo dici repetita. ¶ Ex prædictis ẽt manifeſtè apparet, ꝙ honori dictorum Illuſtriſſimorũ Comitum de ſancta Flora, & de Palauicinis vr̃ ſatisfactum, & quodlibet grauamen, ſi quod ipſi ex ſcripturis Comitis Ludouici illatum dici potuit, apud oẽs homines cenſetur abſq; alio armorũ peric[...]
30 cienter purgatũ, qm̃ † non eſt à iuris in dig[...]
ſitis, & honore præditis purgãda infamia, q[...] non habuiſſe ortũ ab honeſtis, prouidis, ac [...] gnis perſonis c. cũ in iuuẽtute de purgatio[...] d. c. qualiter, & qñ il 2. de accuſ. ex uerisimil[...] ſuſpicionib. purgatio eſt indicenda, nõ aũt c[...] rarijs; & iõ ubi uerisimiles ſuſpitiones defici[...] non dẽt ſe aliter purgare c. ſi quis de gradu [...] cano. cũ glo. & ſcriben. ibi, & c. 1. 2. q. 1. & ibi [...] terea non tenetur quis ſe purgare ab infamia [...]
31 non eſt publica. c. nos inter de purg. cano. [...]
quantũ Comes Ludouicus in ſuo ſecundo [...] dato Mediolani mentitionem ſuã fundat ſ[...] bus, ut dr̃, ab Illuſtriſs. do. de Palauicinis co[...] poſitis, uidelicet ꝙ mentitio prima fuerit g[...] indeterminata, quæ idẽ important, d. c. 2. [...] And. Ant. Abb. & alij, & ꝙ ob hoc Illuſtriſs. [...] uicinis non fuerit obligatus rñdere, vr̃, ꝙ h[...] titio non ſit attendenda, nec Illuſtriſſ. do. de [...] cinis grauet, quia licet ipſe affirmauerit me[...] eſſe generalẽ, & indeterminatam, non tñ [...] & affirmatiuè dixit, ſe nõ teneri reſpondere [...] uerbis vſus fuit, *ſi puo ben conoſcere, quanto* [...] *gato riſpondere*, quaſi, an teneatur reſpond[...] ne, ipſe hoc dixit, ſed ab alijs videlicet hab[...] de his reb. cognitionẽ, benè cognoſci põt, [...] luit dicere hoc eſſe ab alijs, & non à ſe ipſo [...] dũ, & arbitrandũ: & iõ Comes Ludouicus [...] buit ob hanc cauſam dare mẽtitionẽ, cũ ex[...] ſione grauatus dici non potuerit: ac ẽt qua[...] titio data fuerit pp duo copulatiuè, illa duo [...] rere debuerunt, alioquin, altero deficiente, [...]
32 effectũ hr̃e non potuit, nã † ad ueritatẽ ora[...]
pulatiuæ maximè in mã odioſa uerè ꝯcur[...] copulatorũ requiritur. l. is, qui ducenta, § [...] ff. de reb. dubijs, l. ſi quis ita ſtipulatus, ff. de [...]
33 & † Bar. in d. l. is, qui ducenta, §. utrũ in 4. co[...]
pula ponitur ĩter duas diuerſas orõnes, not[...] nit doctrinã, ꝙ ſi illæ duæ orationes nõ cop[...] pp ſe principaliter, ſed reſpectiuè ad unã ſp[...] tunc oĩum concurſus requiritur, d. §. ſi quis [...] quis ita, & l. ſi hæredi plures, ff. de cond. & [...] cus ſi copulatæ fuerint non reſpectiue ad cer[...] ciẽ, ut ibi per Bar. ſed Comes Ludouicus re[...] dẽ mentitionis in ſuo ſecundo libello copul[...] duo, ꝙ Illuſtr. do. de Palauicinis dixerit pri[...] tionẽ Comitis Ludouici fuiſſe generalẽ, & [...] ſe non teneri ad rñdendũ, quorũ copulator[...] non interuenit, nec uerũ eſt, quia non dixit [...] teneri ad rñdendum, ſe nõ rñdere teneretur [...] cognoſci ab alijs, igitur hæc ſecunda ment[...] ditur nullius effectus, & non uera, cum data [...] eo, quod non eſt, nec dictum fuit, ueluti op[...] latiſſimè in præſenti cauſa declarat clariſſim[...] Aldobrandinus, ac ẽt quia ad ueritatem cop[...] requiritur utranque partem eſſe ueram ma[...] hoc articulo, ut per Bar. in d. §. utrum, & in [...] iuſti. & iure. Si uero hæc ſecunda mentitio [...] tur non copulatiuè, ſed diſiunctiuè data, tu[...] dum eſt pro reſponſione, ut ex præmiſſis co[...] abſq; eo, quod aliter repetantur: quæ omnia [...] cuiuslibet peritioris ſubijcio. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Iudex domicilij etiam per uiam inquiſitionis poteſt con[...] ſubditum extra territorium delinquentem de cri[...] graui procedere, illumque punire.*
2 *De delicto commiſſo in confinibus duarum ciuitatum, [...] dubitatur, in cuius confinibus fuerit commiſſum, [...] bet ciuitatis procedere poteſt.*

Conſuetudini per actus contrarios derogatur.
Conſuetudo de iure ualida & præſcripta, per quam conſuetudinem contrariam tollatur.
Statutum loci ualidum, & approbatum, & maximè iuri communi conforme quomodo per contrariam conſuetudinem tollatur.
Conſuetudo contraria quando contra ſtatuta non ualeat.
Conſuetudo præbens occaſionem delinquendi tanquã mala, & irrationabilis non ualet, etiam ſi eſſet temporis immemorialis.
Idem, ſi eſſet contra publicam vtilitatem, & impediret delicta puniri.
Conſuetudo contra utilitatem eccleſiæ non ualet, nec aliquo tempore inducitur.
Conſuetudo in arduis, non dat, nec aufert iuriſdictionem.
Delinquens realiter citatus, & captus extra territorium iudicis, ac etiam delicti eſt ante omnia reſtituendus, & relaxandus:
Et quomodo hoc procedat, num. 14.
Quid in ciuitatibus, & cõmunitatibus confœderatis, & quæ ſint ſub eodem principe.
Iudex domicilij ſi realiter citet in alieno territorio, & ſententiam ferat, ſententia ualet, & ab eo exequutioni mandari poteſt.
Carceratus iniuſtè, ſi de delicto conſtet, poteſt pro eodem delicto recommendari.

EPITOME.

IVDEX proprius ratione originis, vel domicilij poteſt contra ſuum ſubditum extra ſuum territorium delinquentem de crimine procedere, illũq; punire.

CONSILIVM CLXII.

IN præſenti cauſa amico a me ſententiam meã requirenti tum ob temporis breuitatẽ, tum quia nunquã contra reũ in cã criminis, ꝑ qua pęna corporalis eſſet imponenda, hactenus ſcribere uolui, prouinciã ſuper his conſulendi primo recuſaui, deinde mandatis Reuerendiſ. do. Gubernatoris Bononię, q tanquam dominus meus iubens ꝓuinciã hãc mihi iniunxit, non potui non obtemperare, eoq; magis, quia & Abbas noſter Panormitanus uir religioſiſſimus, & in dignitate eccleſiaſtica conſtitutus, iuriſq; pontificij monarcha in propriis terminis in cauſa criminali cõtra delinquentem extra territoriũ proprij iudicis cõſuluit, ipſum à iudice domicilij poſſe puniri, ut habetur in ſuo conſi. 24. inci. Rodulphus Corneti, ac etiam ſanctum, & honeſtũ eſt delicta puniri, l. abſentẽ, ff. de pęnis, & c. ut fame, de ſent. excõ. aliàs boni uiri etiam in ciuitatibus, & domibus eorũ tute uiuere non poſſent. Vertitur itaq; in dubium, an iudex proprius ratione originis, vel domicilij poſſit contra ſuum ſubditum delinquẽtẽ extra ſuum territorium de crimine procedere, illumq; punire: In quo omittendo diſputationem, quia res coram doctiſſimis, & peritiſſimis iudicibus agitatur, & ueritati inhærendo, dico, concluſionẽ communem dictorum legiſtarũ, & canoniſtarum in lecturis, & conſiliis, publiciſq; diſputationibus eſſe, ꝙ iudex domicilij etiã per uiã inquiſitionis poſſit de crimine etiam graui, & enormi contra ſuum ſubditum extra territoriũ delinquentẽ procedere, & illum punire, ut in l. 1. & 2. C. ubi de crim. agi opor. ibiq; Cyn. & alij communiter, c. cum contingat, c. poſtulaſti, & c. fi. de foro compe. ibiq; canoniſtæ ferè omnes, Cyn. Bar. Bald. & alij in l. cunctos populos, C. de ſumma trini. & fide catho. Bart. Bald. Ang. & cõiter alii ibi, in l. fi. ff. de iuriſd. om. iu. bonus eſt tex. & ibi ſcribẽ. in l. relegatorũ, §. interdicere, ubi Bar. ff. de interdic. & relega. Io. de Ligna. in cle. paſt. de re iu. Ang. in diſpu. inci. Bononienſis, in 1. q. & in l. ſi uacantia, col. 12. & ſeq. uerſ. ſed hic incidẽter quæro, C. de bon. uacan. lib. 10. qui atteſtatur hoc in practica ſeruari, & ſic fuiſſe iudicatum, Ang. Aret. in tractа. maleſi. in ver. hæc eſt quædam inquiſitio, in verſ. quæro, an de delictis, qui hanc eſſe communem ſententiam atteſtatur, vt habetur etiam per Alexand. in conſi. 212. volum. 6. per Sozi. in conſi. 35. circa prædictam vol. 1. in 4. colum. & latè per Ancha. in d. c. poſtulaſti, & Ioan. And. & alij communiter, in ca. 2. de conſtitutio. in 6. & hoc idem uoluit Abb. in d. conſi. 24. maximè quando per iudicem loci delicti remiſſio petita non fuiſſet. Poſſem multa alia allegare, ſed non expedit, quia poſſunt inſpici apud Alex. & alios Moder. in d. l. fi. in vltimis uerb. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. Et quamuis Io. An. in tit. de competen. iud. adit. in §. 1. verſicu. 6. ratione ſanguinis, & in uer. quod ſi conuenitur in addit. ad Spec. dicat contrarium, quando iudex domicilij uellet per inquiſitionem procedere, quoniã licet de iure canonico, ſecundũ quod de omni crimine, & regulariter poteſt inquiri, c. licet heli de ſimo. & c. qualiter, & quando il 2. ibiq; doc. de accuſ. & cõmuniter ſcriben. in rub. extra de iud. Tamen ſecus erit de iure ciuili, & in terris imperij, nam ſecundũ leges regulariter, & in quolibet crimine nõ poteſt contra delinquẽtem ꝑ uiam inquiſitionis procedi ad tradita per doc. in locis proximè allegatis, & ꝑ Bar. in l. 2. §. ſi publico, ff. de adul. & hanc opinionẽ ſequitur Marſi. cõciuis meus, in d. l. fi. ff. de iuriſ. om. iu. inquiens illã eſſe tenendam: vnde cũ nos ſimus in terris imperij, iudex domicilii nõ potuit in caſu occurrenti per uiam inquiſitionis procedere; tamen dico primã opinionem eſſe tenendã, quã doct. in locis prius allegatis magis communiter ſequuntur, quicquid Marſil. dixerit: Quę opinio confirmatur, retorquendo fundamentum in cõtrarium factum, nã ideò de iure canonico iudex domicilij ẽt per uiam inquiſitionis cõtra ſubditum delinquentẽ extra territoriũ ꝓcedere poteſt, quoniã regulariter, & de quolibet crimine poteſt inquiri: Sed cũ hodie ꝑ ſtatuta ferè totius Italiæ, & maximè ciuitatis Florentię de quolibet delicto regulariter poſſit contra criminoſum procedi, veluti etiam Bar. præſupponit in l. ſi maritus, §. ſin autem extraneus, ff. de adul. & plenè ſoleo dicere, in rub. extra de iud. & de accuſa. ergo idem dicendũ eſt hodie in ciuitatibus, in quibus dicta ſtatuta uigent, quod de iure canonico dicitur in foro eccleſiaſtico, ut iudex domicilij poſſit in caſu iſto ꝑ uiam inquiſitionis cognoſcere. Et ꝙ generaliter per ſtatuta ciuitatis Florentiæ poſſit de quolibet crimine, & maximè homicidij procedi, & nõ ſolũ de crimine cõmiſſo in ciuitate, comitatu, & diſtrictu, ſed etiã alibi extra territoriũ dominorũ Florentinorũ contra quoſcũq;, cõſtat ex ſtatuto dictæ ciuitatis ſub rub. de officio iud. maleſi. & de modo procedendi in criminalibus, quod ſtatutũ nũquam fuit reuocatum, ſed eſt in uiridi obſeruãtia, & ideò ſeruandum iuribus vulgaribus, omnẽq; dubitationẽ, quæ in hac cauſa fieri poſſet, iudicio meo reſoluit, ac falcem ad radicem imponit, & propterea fruſtra dubitatur, & põdero primo illud ſtatutum, dum dicit de omnibus, & ſingulis maleficiis, quæ cõmittũtur &c. ibi uel etiã alibi ubicunq; extra territoriũ, & ſic comprehẽdit maleficiũ, de quo agitur, præſuppoſito, ſed nõ cõceſſo, ꝙ extra territoriũ Florẽtię cõmiſſum eſſet: Secundo pondero illa uerba contra quoſcunq;, quæ ſunt uerba uniuerſalia, & generalia, & oẽs delinquentes etiam extra territorium comprehendunt, ſiue ſint ſubditi, ſiue non, quia uerba huiuſmodi generalia nullũ excludunt, l. Iulianus. ff. de lega. 3. & l. baliſta, ff. ad trebellianum, cum ſimilibus, uel ſaltem uerba illa generalia quoſcunq;, ut minus lędant ius commune, pñt, aut debent reſtringi ad ſubditos delinquentes extra territorium Florentinum, prout de

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

iure cõi etiã licitũ eſt, ut in d.l.1.& 2.C.ubi de crim.
agi opor.d.c.ſi.d.c.cũ contingat,d.c.poſtulaſti,& d.l.
relegatorũ,§ interdicere,cũ ſim.ſupra allegatis:Sed
fortè ſtatutũ id ſtatuit ad tollendũ dubiũ ſupradictũ,
cũ Io. And. & Marſi. quos ſupra allegaui poſt alios,
quos ipſi adducũt, tenuerint iudicẽ domicilii in ter
ris imperij nõ poſſe contra ſubditũ de crimine extra
territoriũ cõmiſſo per uiam inquiſitionis procede-
re, aliiq; magis cõiter contrariũ tenuerint, ut ſupra
dixi: Quæ difficultas ſaltẽ quo ad ſubditos extra terri
torium delinquẽtes ꝑfecto per ſtatutũ iſtud remo-
2 uetur.¶ Addo etiã prædictis, ꝙ † quando delictũ eſt
commiſſum in confinibus duarũ ciuitatum, uel du-
bitatur in cuius cõfinibus fuerit cõmiſſum, iudex cu
iuſlibet ciuitatis poteſt de crimine procedere, arg.l.
arbor,ff.commu.diuidun. Cyn.& alii in d.l.1.C. ubi
de crim.agi opor.& Barba.in d.c.ſi.col.11.& alii ibi:
Sed ita ĩ caſu noſtro delictũ eſt cõmiſſum, ergo &c.
¶ Opponitur etiã cõtra iudices de cauſa cognoſcen
tes quædã prætenſa cõſuetudo contraria in ciuitate
Florentiæ, ut aſſeritur, exiſtens, in qua cum maximũ
fiat fundamẽtũ, an hoc motiuũ ſubſiſtat, videamus,
& uiribus carere iudicio meo videtur in primis, qa&
ſi de aſſerta cõſuetudine fuiſſet legitime probatum,
quod negatur, tamẽ ex quo, ut in facto præſupponi-
tur, illa cõſuetudo tempore dominij Ducis Alexan-
dri, ac ẽt Moderni fuit interrupta, aliter obſeruãdo,
3 cõſuetudo allegata opitulari nõ debet, quia ꝑ † actus
contrarios derogatur conſuetudini, ut colligitur ex
iis, quæ uoluit Bar. in l.ſemper in ſtipulationibus, in
ſi.uerbis, ff.de reg.iur.gl.in l.nemo, §.temporalis, ff.
eo.tit.& Roma.in ſingu.44.inci.ad hoc, ut ſecunda.
4 Præterea † ſicut ad remouendã cõſuetudinem de iu-
re ualidam, & præſcriptam requiritur cõſuetudo cõ-
traria præſcripta, ut inquit glo. in d.§. temporalis, &
5 Roma.in d.ſingular.44.ita † ad remouendum, & cor
rigendũ ſtatutum loci ualidum, & approbatũ requi-
ritur, quod conſuetudo contraria fuerit præſcripta,
quia procedit arg.de ſtatuto ad conſuetudinem, & è
contra, c.1.de cõſt.in 6.& hoc nulli eſt dubium: & id
maximè procedit, quando ſtatutũ cum iure commu
ni concordaret, prout ſtatutum ſupradictum cõcor-
dat, ut dictum fuit, nam conſuetudo cõtraria iuri cõ
muni debet eſſe tanti temporis, de cuius initio me-
moria in contrariũ non exiſtit, illa uerò, quæ eſt præ
ter ius commune, requirit tempus decem annorũ,
ſecundum glo.in l.de quibus, ff.de legibus, & ibi do
cto.& eſt gl.notabilis in ca.conſuetudo, 12.diſt. Ro.
in ſingul.104.inci.conſuetudo, vel ſecundum Bal. il
la, quæ eſt præter ius commune, expoſcit tempus tri
ginta, uel quadraginta annorum: Sed hæc conſuetu-
do allegata eſſet nedum contra ius commune, ſed ẽt
contra ſtatutũ loci, de quo ſupra, ut oſtenſum fuit, er
go multo magis requiritur probatum fuiſſe, ꝙ con-
ſuetudo fuerit tanti temporis, de cuius initio nõ exi-
ſtit memoria in contrarium, alioquin cõſuetudo ni
hil obeſſet, & maximè quia per eam auferretur iuriſ
dictio iudicis domicilii ſibi competens non ſolũ per
ſtatutum, ſed etiam per ius commune, & ideò debet
eſſe præſcripta, vt dixit Bal.in repeti.l.1.C.de eman-
cip.lib. Io. And.in c.cumana, de elect.& gl.in c. cum
in tua, de conſuetu. in 6. Debet ergo conſuetudo in
caſu iſto eſſe præſcripta illo tempore, de cuius initio
non exiſtit memoria, ut ſupra: Item requiritur, ꝙ in-
fra illud tempus bis, aut ter ſecundum illam conſue
tudinem in contradictorio iudicio fuerit obtentũ, ut
hæc ꝓbantur per gl.in c.fruſtra 8.diſt.gl.in c. abbate
extra de uerb.ſigni ſi. Archi.in d.c.fruſtra, Bal. in d.l.
de quibus, in c.ſi.de conſuetu.& in l.cum de conſue-
tudine, ff.de legi.& in c.cum cã, de re iud.& Rom.in

ſingul.43.incipien.an ſicut: nec ſufficere
aut ter ſecũdũ illam cõſuetudinẽ ſimpliciter
tũ, niſi de ea in illis iudiciis expſsè diſcuſſum
ut quia fuiſſet allegata, deinde ab aduerſario
ta, & tandẽ ſecundũ illam iudicatũ, alioqui
ceretur legitimè inducta, nec legitimè
ad corrigendũ ius cõe, & tanto magis etiam
tollendũ ſtatutũ iuri communi conforme,
gloſæ, & doct.allegati: & ideò animaduertẽ
6 terea † cõſiderandũ eſt, an per ſtatuta ciuitatis
tiæ contrariæ cõſuetudines fuerint reprobatæ
ti communiter ferè ꝑ totã Italiã conſuetud
trariæ ſtatutis reprobari ſolent, quoniã tunc
ria conſuetudo allegata nõ prodeſſet, & cõ
ta nõ ualeret, & tanto magis etiã, quãdo
contra ius commune, ut in l.eos, C.de vſur.
Caſt.& alij, in l.cũ conſuetudo, ff.de legi.&
clem.1.in q.20.de elect. & in clem.2. de reb
7 non alie. Rurſus † huiuſmodi conſuetudo
mala cõſuetudo, & irrationabilis, quia nũq
ro delinquẽtes in alieno territorio puniri
ſic daretur occaſio delinquendi, & præbere
ria delinquẽtibus poſt delictũ in alieno terr
miſſum fugiẽdi, & ad ſuũ territoriũ reuertẽ
nõ debet ualere, etiã ſi eſſet tanti temporis
initio memoria nõ exiſtit, c.ſi.de conſue.
pleriſq;, §.ſi.de elect.& facit c. erit autẽ lex,
expreſsè habetur per Inn.in c.ad noſtrã, in
hoc extra de appella. Bal.in d.l.de quibus
dictis, & optimè in ſimili, in l.pen.in penul.
8 exequut.rei iud. Preterea † illa eſſet contra
utilitatem, quæ vult delicta omnino debere
Bart. in l.prætor ait, §.exercitus, ff.de his,
infam.c.vt famæ, de ſenten.excommuni.&
neratus, in ſi.ff.ad legẽ aquiliam, ergo nullo
ris ſpatio debet poſſe induci, neq; præſcribi,
cis proximè allegatis, & per Ale.in d.l.de qu
text.in authen. ut nulli iud.in §.nulli autem,
9 ſi.in authen.de vſuris nauticis: nam † & con
contra utilitatẽ eccleſiæ non ualet, nec aliq
poris ſpatio induci poteſt, c.1.extra de conſue
Abbatem, & alios in c.nulli, de rebus eccle.
nan.ergo nec illa, quæ eſſet contra publicam
tem, quia utilitas eccleſiæ, & utilitas publica
rantur, ut in l.ſi.C.de ſacroſan.eccle.& dicit
authen. omnes peregrini, in auth. C.comm
ſucceſſio.in 1.col.ꝙ conſuetudo, quæ potius
tranſgreſſio, qualis eſt iſta, non ualet, nec al
10 teſt. Præterea † conſuetudo in arduis nõ dat,
fert iuriſdictionem, Hoſt.in c.literas, extra de
tione ſpoliatorum. Sed nos ſumus in atrocibus
duis, quia committere homicidium in uia p
& proditoriè, ut factũ fuit in caſu noſtro, dic
atrocibus, & arduis, Bar.in l.non ſolum, §.ſi
uero, ff.de iniuriis, cum ſimilibus, & capit.
in ſi. cũ ibi notat.extra de iudiciis, ergo &c.
11 quoque contra iudices opponitur, † ꝙ delinq
fuerunt realiter citati, & capti extra territo
ſorum iudicum, ac etiam delicti commiſſi in
territorio, ergo debent ante omnia reſtitui,
ri, quia ſpoliatus, etiã ſi prædo ſit, ante omnia
ſtituendus, c. in literis, de reſtitu. ſpoliatorum
ibi no.& eſt doctrina Bartoli, cum qua ſcribẽ
tranſeũt, in l.1.ff.de requiren.reis, quamuis
ſit de citatione uerbali, vt late uolunt Abbas
qui, in c.ſi.de foro comp.& doctores in d.l.
riſdict.omnium iudicum, Cyn. Pet.Bal.&
l.omnes, §.ſi verò apparitor, C.de epiſcopis
cis, in authen.vt nulli iud.§.ſi uerò quis, &
ſi uerò criminis, C.de adulte. cum ſimilibus

ſi fugitiuus,§.idē celſus,ff.de ædil.edic.Bal.ī l.ſicuti,§.ariſto,ff.ſi ſerui.uend.& in authen.itē nulla in fi.C.de epiſco.& cleric.Sed reſpondetur primo,† ꝙ quando fœdus eſt contractū inter duas ciuitates,ſeu communitates,quę ſint ſub eodē principe,ut ſub Imperatore,quales ſunt ciuitas Florentiæ,& Plumbinū, tūc unū cenſetur territoriū,& iudex cuiuſlibet territorij pōt procedere,& punire, & ſic in alterius territorio capi facere pro crimine commiſſo,de quo iudex cognitionē habeat,Bald.in l.pen.in 8.col.verſ.ſed quæro,quid de ciuitatibus,C.de exequutio.rei iud.l.non dubito,& ibi Bar.ff.de capti.& poſtliminio reuerſ.Et quāuis iudex nō poſſet punire, poſſet tamē procedere,uel ſaltē etiam realiter citare,alioquin confœderatio facta parū contra delinquentes ualeret.† Præterea quāuis iudex domicilii nō deberet in alieno territorio citare,tamē ſi ita citauerit,& ſententiam tulerit,ſententia ualet,& cōſequēter illā exequutioni mandare poteſt,ut dicit Alc.in d.l.fi.in fi. ff. de iuriſ. om.iud.ex mente Baldi, in d.l.pen.& in l. requirēdi, C.de ſeruis fugi.Rurſus† captura,quæ fit extra territoriū,non ualet, & captus eſt relaxandus, per Bal. in d.l.requirendi, quia ſic iudex realiter citans dicitur turbare iuriſdictionē,& territoriū iudicis,cuius ē territoriū,& ideò ad illum iudicē pertinet uindicta contra iniuriā ſibi illatā, ut ibi per Bal.Si ergo captus relaxandus eſſet, deberet relaxari ad inſtantiā, & petitionem iudicis offenſi,cuius principaliter intereſt,& nō ad inſtantiā delinquentis, de cuius delicto cōſtat maximè per cōfeſſionē iudicialē,quæ facit ſuum crimen eſſe notoriū c.tua, & c.ueſtra, de cohabi. clericorum,& mulie. & ideò nullus proceſſus, nec ordo iudicij debet attendi,niſi ut cōdēnetur,& puniatur, ut in c.1.cū gl.de confeſ.in 6.& Bar.in l. ſi confeſſus, ff.de cuſtod.reorū.Adde,ꝙ Bal.in d.l.ſicuti,§.ariſto, & in d.authen.item nulla loquitur in bannito, qui eſſet extra territoriū bannientis, & ſic, qui banno paruit,nos uerò in illo, q deliquit, & in fuga ſtatim captus fuit in territorio ciuitatis confœderatæ per prædicta,& ideò captura ualuit, maximè attento initio, arg.l.capite quinto,ff.de adulter.& eorū,quę dicunt doct.in d.c.fi.de fo.cōp. Præterea † ex quo de delicto notoriè conſtat,ut ſupra,iniuſtè carceratus, & detentus potuit pro eodē delicto,ſed non pro alio recommendari ad Bar.in q.inc.lapus captus,& arg.eorum, quæ uoluit Salic.in l.fi.C.de edic.diui adr. toll. & ibi Bal.Iaſ.in l.pacto,quo pęnam in 3.col. uerſi.tu ultra omnes,C.de pactis cum ſimilib.ibi adductis,& Ang. Aret.in §.quadrupli, Inſti.de actio. in colum. 16. circa finem illius,§.Et practica eſt,ꝙ ſi captura,uel immiſſio eſſet nulla,ille,ad cuius inſtantiam facta fuit, petat eam confirmari, uel de nouo fieri, & tūc iudex ſi cognouerit primā capturā fuiſſe nulliter factā, debet eam reuocare,& ilico,ſi de delicto, aut de debito conſtet, tenetur illam de nouo facere, uel confirmare ad tradita per Angelum,in l.ſi finita,in princ.ff.de damno infecto, ibiq́ue Imo.& Alexan.qui multa bona adducit,& Roman.ibi, & per Iaſo. in d.l.pacto,quo pęnam,& Alexand.in terminis poſt Bartolum ibi, in l.eximendi, ff. ne quis eum, qui in ius uoca.eſt,ui exim.Vltimo ſi uerum eſſet, quòd Plumbinum eſſet ſubditum, uel aliquo reſpectu ſubiectū iuriſdictioni Ducis Florentiæ,omnis difficultas ceſſaret per ea, quæ habentur per doctores in dicto capitu.final.cum ſimilibus. Et cum tempus plura ſcribendi non habuerim, quia heri proceſſum habui, & hodiè ante horam uigeſimam primam has meas allegatiunculas expedire neceſſe fuit, reliqua ſuppleāt iuſtiſſimi iudices, & pro eorum more iuſtitiam faciant. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Aſſeſſor,& notarius actorū non poteſt abſq; expreſſa cōmiſſione iudicis ardua,& valdè præiudicialia expedire, ſed ſolū leuia.*
2 *Pœnam grauem pecuniariam,& corporalem,ac mortis imponere eſt de arduis,& grauiſſimis.*
3 *Proclamata ut ualeant à quibus fieri, & publicari debeant.*
4 *Iuriſdictionem ſuam excedentes puniuntur,& ab eis factum non tenet.*
5 *Vtile per inutile in iuriſdictionalibus, & indiuiduis uitiatur.*
6 *Pœna grauior pœna principalis delicti non eſt imponenda,& impoſita eſt moderanda.*
7 *Pœna arbitraria ad quantum poſſit arbitrari.*
8 *Abſens ſolum illius,quod à præſentibus contineri in proclamate intellexiſſe probatur,notitiam habuiſſe præſumitur.*
9 *Verba præſentis tpis ī pœnalibus,& odioſis nō poſſunt ad futura, ſeu ad futurum tp̄s trahi ad effectum puniendi de actu futuro.*
10 *Verba ī pœnalibus,& odioſis ſunt propriè,& ſtrictè intelligēda.*
11 *Notarij actorum ſcripturæ quando magis ſtandum, quàm teſtibus,& quando è contra.*

EPITOME.

Inqviri,& puniri non poſſe pp̄ proclama punitiuum,qđ eſſet nullū, & pęnā immoderatā cōtineret, nec ultra actū in eo contentum,hic demonſtratur.

CONSILIVM CLXIII.

IN cauſa Caroli de Bellettis, & Herculis à manu de Caſtrofrācho,ꝓ illorū defenſione ab inquiſitione contra eos formata in primis dicitur, ꝙ proclama, cuius occaſione deliquiſſe dicūtur,illi nō parendo, fuit ipſo iure nullū,& conſequenter tale,cui nō fuit credendū, neq; parendum.Et primo quia fuit factum auctoritate cuiuſdam ſer Vrſi aſſerti notarii,& aſſeſſoris domini Poteſtatis Caſtrifrāchi, qui & ſi fuerit notarius, &
1 aſſeſſor,prout ſe nūcupauit,tamē ſcire debuit,ꝙ† ad officiū notarij actorum, ſeu aſſeſſoris non pertinet abſq; expreſſa iudicis, ſeu Poteſtatis cōmiſſione expedire illa,quæ ſunt ardua, & ualdè præiudicialia,ut uno ore uolunt omnes ſcribentes Abb. Io. And. do. Anto.Deci.& alii Mod.in ca.quoniā contra extra de probationib. quamuis leuia poſſet ſine iudice expedire,ut ibi,& habetur per Bar.Alex.& alios, in l.1.in fi.ff.de offi.aſſeſſ.per Bal.in authen.adhoc,C. de iud. Alex.in rub.ff.de offi.aſſeſſo.referendo dom. Anto. in c.cū ab uno de offi.delega.& c.ſtatutū,§.aſſeſſorē, cum §.ſequen.ibiq; Dominic.& alij de reſcr.in 6. & per Bart.& alios in authen.niſi,C.de ſenten.& inter-
2 loquut.omnium iud.Sed† facere, uel fieri facere proclamata continentia grauem pęnam pecuniariā ſcutorum ducentorum,immò corporalē,& mortis dicitur de arduis,& grauiſſimis,ut ī l.placet,C. de peda. iudi.l.eos,l.2.& per totum,C. de modo mulcta.l. 2. & ibi glo.C.de aſſeſſo.& facit,quod uoluit Bart. in l. 1.ff.quod quiſq; iur.ergo dictus ſer Vrſus aſſeſſor nō potuit auctoritate propria, uel etiam delegata tale proclama fieri facere, & ob minimum delictum nō propalandi delinquentem tam grauem, immò grauiſſimā pęnā imponere, ut in dictis iuribus: & ideò ipſe ſer Vrſus eſſet puniēdus de ſua iniquitate,& imperitia in imponendo ob leue crimen pęnā tam magnam,& grauem,arg.l.hoc edicto,ibiq; doc.ff.quod quiſq; iur.& in d.l.fi.C. de modo mulct. ¶ Secundo proclama fuit nullum, quia non fuit factum ſeruata forma in aliis grauibus bannis,& proclamatibus ſer-
3 uari conſueta,† nam conſuetum fuit,ac etiam de iure eſt, quod proclamata fiant à deputatis ad hoc officium,videlicet à nunciis publicis dicti caſtri, & nō ab aliis,& hoc de iure conſtat, quia proclamata publicari debent à præcone publico,ratione enim officii,ad quod deputantur,eis magis creditur,quàm iu-